Nº 223/ S. I 85-24 1

Hoc est Exemplum fideliter Barchinone sumptum a quodam publico et autentico Venditionis Instrumento in papiro scripto thenoris sequentis. In Dei nomine Noverint Universi quod Ego don Josephus de Lanuça et de Rocaberti Comes Plasentia tanquam procurator ad haec per agenda legitime Constitutus et ordinatus ab Ill.mo et Egregio Domino Domno Galcerando de Cruillis et de Sancta Pau Commiti de Montagut et Domino Baroniarum de Mosseto et de Castellfollit in loco seu oppido de Mosset populato ut de meo Mandato sive procuratione constat instrumento publico acto in Villa de Mosset Elnen. dioc. in Commitatu Rosilionis die decima quinta Mensis July nuper devoluti et currentis anni millessimi sexcentessimi septuagessimi secundi recepto et clauso sive subsignato per Gaudericum Isos Not. publicum oppidi Prate Confluens dioc. Elnens dioc. in eius pede forma solita legalisato quod est huius modi thenoris Universis & singulis seriem presentium inspecturis Attestor fidemq. indubiam facio Ego Gaudericus Isos Villæ Prate Confluens. Elnens. dioc. apostolica Regiaq. auctoritatibus Not. publicus quod instro publico penes me seu vice et nomine meis in Villa de Mosset dicta Elnens. dioc. recepto et continuato die Decima quinta Mensis Julij anno a nativitate domini Millesimo Sexcentessimo septuagessimo Secundo Egregius Dominus Don Galcerandus de Cruilles et de Sancta Pau Comes de Montagut ac Baronis de Mosset et de Castellfollit etc. Videlicet melioribus Via modo et forma quibus Melius &c. Citra revocationem &c. Gratis &c. Constituit et ordinavit procuratores suos certos Ita quod Egregium dominum Don Josephum de Lanuça Monbuy et Vilariguiminum comitem de Plasencia Barchinone Populatum Ill.em et Adm. Reverendum Dominum Galcerandum Cassany Desgall y dellar I.V.D. Presbiterum et Canonicum Sanctæ Ecclesiæ et Cathedralis Urgelens. Ecclesiæ et Josephum Payssa Not. Causidicum Bar.e licet absentes tanquam presentes et quemlibet eorum insolidum Ita q. occupantis conditio potior non existat

2

Conditio potior non existat ad Videlicet predicto domino constituente et ejus nomine in subasto publico vel sine Illis Videlicet persone seu personis ac pro Illis pretio seu pretijs ac pecunie quantitatibus quibus Cum emptore seu emptoribus convenire poterint totum Illud molendinum farinerium cum aquis aqueductibus jura molendini et alijs aparatibus ejusdem ac cum gleva sive peria terre in qua est Constructum et alijs Illi adjacentibus cum facultate etiam accipiendi aquam ad molendum et ad rigandum et cum alijs etiam facultatibus libertatibus exemptionibus privilegijs et accessorijs ejusdem Molendini quod et quas dictus dominus constituens suis Certis Iustis et legitimis titulis habet et possidet in Villa hostalrrici Gerundensis dio nec non etiam totum Id quicquid et quantum Iuris et actionis in predictis Molendino et alijs habet seu sibi competit Vel competere potest seu possint quibusvis nominibus juribus titulis sive Causis Vendendum distrahendum seu alio quovis titulo alienandum pocessionem corporalem realem actualem Vel quasi traddendum et seu emptori eam propria auctoritate adipicendi facultatem Concedendum et Interim Sub nomine precharij et Constituti dictam pocessionem Constituti tenendum Iura et actiones dicti domini constituentis Cedendum et Mandandum dictosque emptorem seu emptores In his dominos eorundem tanquam in rem propriam procuratores Subsituendum pretium et seu pecunie quantitates ex dicta Venditione proveniens seu provenientia petendum et Recipiendum habuisseque et recepisse confitendum et de Ipso pretio luendum et redimendum Censualia Infra et sequentia Primo totum Illud Censuale Mortuum pretij quingentarum librarum et pensionis Viginti quinque librarum quod Idem Dominus Constituens facit et prestat Don Ioanni Baptiste de Planella

Item aliud censuale mortuum pretij quingentarum librarum et pentionis annue triginti quinque librarum quod annuatim facit et prestat Raymundo Alsina Ville Perpiniani Item aliud Censuale pretij quadringentarum librarum et annue pentionis viginti librarum quod singulis annis facit et prestat R^dis Abbatisse et Conventui Monialium Monesterij Beate Marie de Jerusallem Civitatis Barchinone Item et denique illa duo censualia Inter ambo pentionis triginta sex librarum decem solidorum et sex denariorum que quolibet anno facit et prestat nobili Domne Agneti de Rocaberti Monsuar de Argensola et de Arinyo Uxori Nobilis Don Josephi de Rocaberti Bajuli Generalis Cathalunie et etiam pentionis dictorum Censualium ratas sumptus pro huiusmodi luytionibus et aliis accessorijs eorundem solvendos In quantum pretium predictorum vendendorum sufficiat et si quid predicta vendenda pro his temporis venditionis valent seu In posterum valebunt pretio concordando donandum et remittendum de evictione quacumque dictis Dominis Procuratoribus Constitutis seu eorum alteri benevisa cavendum et super eo pasciscendum et de et super predictis quecumque venditionum et alienationum pocessionum cessionum apocharum evictionum et alia necessaria Instrumenta et dictis dominis procuratoribus constitutis et seu eorum alteri benevisa cum et sub illis videlicet pactis pactionibus stipulationibus bonorum dicti domini constituentis obligationibus Iurium renuntiationibus submissionibus, Iuramento roborata et alijs clausulis utilibus, et necessarijs ac eisdem dnis Procuratoribus seu illorum alteri benevisis faciendum et firmandum unum quoque vel plures procuratorem seu procuratores ad tradendum pocessionem dicti molendini et aliorum supradictorum cum ampla facultate et potestate faciendum et substituendum et demum promissit habere ratum et non revocare sub bonorum dicti

4

domini Constituentis obligatione prout In dicto Instro ad quod me reffero Sunt Contenta in quo fuerunt teste presentes Guillermus Pons et franciscus Varder Brasserij ambo dicta Villa de Mosset et Josephus Vidal Scriptor qui Vices In quorum licet alieno Calamo Scriptorum fidem Ego idem Gaudericus Isos Notq hic me Subscribo Meumque Solitum tabellionatus artis appono Sig✝num: Nos Infrascripti Notq attestamur et fidem facimus supra nominatum Gaudericum Isos esse auctoritatibus quibus se Subscripsit Notm publicum fidelem et legalem Eiusq Instrumentis et Scripturis semper In Iudicio et extra plenam adhibitam fuisse et adhiberi fidem, In quorum fidem presentes facimus manu et signo nostris Subsignatas et Subscriptas Datq Prata Die Vigessimo tertio Julij Millessimo sexcentessimo Septuagessimo Secundo Sig✝num Meum Gauderici del Hom apostolica et regia auctibus Notm pub dicta Villa Prata asserentis et attestantis. Sig✝num Meum Joannis Balanda auctibus apostolica et Regia Notq pub Villa Prata Vicarie Confluentis dioq Elnens. praedicta attestantis dicto nomine procuratorio pro luendo quitando et redimendo totum Illud Censuale Mortuum Iam Creatum pretij sive proprietatis quingentarum librarum librarum et pentionis annue Viginti quinque librarum Monete Barchinone quod annis singulis dictus Egregius Principalis Meus facit et prestat Nobili Don Joanni Baptiste de Planella et de Cruilles Dno de Castelltur et Barono de Granera Barcinone populato Die . . . . Mensis . . . . Item pro luendo et redimendo totum Illud aliud Censuale Mortuum Iam Creatum pretij sive proprietatis quingentarum librarum et pentionis annue Viginti quinque librarum Eiusdem Monete quod annis singulis dicto die dictus Egregius dominus Principalis Meus facit et prestat Magco Raymundo Alzina et Montalt Villa Perpiniani Civi honorato Barcinone in Villa Sancti Celidonij dioq Barcinone populato Item totum

5

Illud aliud censuale mortuum jam creatum preny sine proprietatis quadringentarum librarum et annue pentionis viginti librarum dicte monete Bar. quod annis singulis die ------- mensis ------- dictus egregius principalis meus facit et prestat reverendis Abbatisse et conventui monialium Beate Marie de Jerusalem jam dicte civitatis Bar.e quod est pars illius censualis tempore sue creationis preny mille et ducentarum librarum et annue pentionis sexaginta librarum quod antea dicto die fiebat et prestabat domine Jolanti Ribera vidue. Item et denique illa duo censualia insimul ambo annue pentionis triginta sex librarum decem solidorum et sex denariorum et preny sine proprietatis septingentarum triginta librarum et decem solidorum quod annis singulis dictus egregius dominus principalis meus duobus terminis facit et prestat nobili domine dompne Agneti de Rocaberti Mosnaz de Argensola et Sarinyo sponsi nobilis domini domini Josephi de Rocaberti militis ordinis et militie de Alcantara bajuli generalis Catt.e scilicet unum pentionis annue triginta librarum et decem solidorum et preny sine proprietatis sexcentarum et decem librarum die secunda mensis februarii et aliud preny sine proprietatis centum viginti librarum et decem solidorum et pentionis annue sex librarum et sex denariorum dicta die secunda mensis februarii. Gratis et ex mea certa scientia per dictum egregium dominum principalem meum suosque heredes et successores quoscumque vendo et ex causa huiusmodi venditionis concedo vobis mag.co Fran.co Rovira et Roble domicello in villa Hostalrici Gerunden. dioc. populato presenti et acceptanti et vestris ac quibus volueritis perpetuo totum illud molendinum farinerium scitum sub ipsius villam Hostalrici vulgo dictum los Molins de Ses Senyories una cum districtu molendinum et aliis fructibus juribus et emolumentis eiusdem et una cum facultate accipiendi aquam ad opus dicti molendini

et rigandum perias terre de pertinentijs eiusdem et una cum casali dicti molendini glera terre in qua constructum est et alijs illi adjacentibus aquis aqua ductibus sequijs reclausis trabtallaroribus rotis rodeins molis et alijs apparantibus eiusdem molendini &c. et quas dictus Egregius dominus Principalis meus titulis infris habet et possidet in dicto termino Ville de Hostalrich et seu etiam nendo nobis tarim id quio quidet quantum Juris et actionis in p.ti molendino et alijs supradictis habet seu sibi compenit uel competere potest seu possit quibusuis nominibus ronibus sive causis et tenetur dictum molendinum et alia supradicta per Ex.mus Dominum Marchionem de Aytona Vicecomitem de Cabrera et de Basso Dominum dicte Ville hostalrici Succedentem Illustrissimis Dominis Domno Ludouico Enriquez et de Craparia et domine Anne Enriquez et de Crapara Conjugibus Dominis dictorum Vicecomitatum et sub dominio et allodio ejusdem absque illius census prestatione et est sciendum &c. predicta sunt subjecta Instrumento gratie redimendi seu pacto de retrouendendo quod sequi habeant et spectant predicta ad dictum Egregium Dominum Domnum Galcerandum de Cruilles et de Sancta Pau principalem meum uis

. . . . -

. . . . - -

. . . . . . ad dictum Don Galcerandum de Cruilles predicta pertinebant titulo legati sibi facti per dominam luisiam de Cruilles et de Cabrera viduam Domni Galcerandi de Cruilles matrem suam suis cum Codicillis actis in oppido de Mosset Olmerij dioc. die decima tertia Augusti anni Millessimi quingentessimi septuagessimi octaui in posse Michaellis Fabranoua dicti oppidi de Mosset Cuiquidem nobili domine dompne Ludouice de Cruilles et de Craparia vidue nobilis dompni Galcerandi de Cruilles

Domini dictarum baroniarum de Mosero et de Casell Jollit predicta pertinebant et spectabant titulo stabilimenti seu inemphiteosim dationis concessionis sibi et suis perpetuo facte instrumento tamen gratie redimendi seu pacto de retrovendendo mediante absque ulla census retentione et ad intratam dictorum mille et ducentarum librarum per nobilem dominum dominum federicum de Caprariis gubernatorem generalem vicecommitatum capraris et de Basso predictis illustrissimis dominis vicecomitibus et tanquam procuratorem generalem et ad ista et alia legitime constitutum et ordinatum a dictis illustrissimis dominis vicecomitibus ut de dicto stabilimento constat quodam publico instrumento acto in villa oloti gerundens dioc. die vigessima prima mensis dezembris anno a nativitate domini millessimo quingentessimo sexaggessimo sexto apud mathe um cosells q.º nott. publicum dicte ville oloti et clauso sive subsignato per magnum Soler auctoritatibus apostolica et regia et abbatis rivipulli nott. et scribam publicum curie et notarie publicarum dicte ville et ejus terminorum scripturas dicti cosells regentem Hanc autem venditionem et ex causa huiusmodi venditionis concessionem facio ego dictus venditor dicto nomine vobis dicto domino emptori et vris ac quibus volueritis perpetuo de predictis sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum sanum et bonum etiam intellectum vestri et vestrorum extrahens predicta que dicto nomine vobis vendo a iure dominio proprietate et posse dicti egregii domini principalis mei et suorum successorum eadem omnia et singula in vestrum vestrorumque ius dominium proprietatem et posse pono mitto et transfero inviolabiliter et pleno iure ad habendum tenendum omnique rem pore perpetuo et pasifice possidendum et inde vestras vestrorumque voluntates libere et perpetuo faciendum

8

Promitentes dicto nomine tradere vobis aut cui volue
ritis loco vestri pocessionem corporalem realem et actualem
seu quasi predictorum que vobis vendo et in ea facere
nos et vestros ac quod volueritis exhibere perpetuo po
tiores pracetiris quibuscumque vel nos aut vestri si vo
lueritis possitis et valeatis ipsam pocessionem corporalem
seu quasi vra et eorum propria authoritate libere
apprehendere et apprehensam penes vos et vros licite
retinere sine contradictione et impedimento dicti
Egregy domini principalis mei et suorum succeso
rum nec alicuius curie iudicis et persone Ego enim
dicto nomine interim id est donech dictam pocessionem
tradidero vobis vel vos eam apprehenderitis ut est
dictum fateor et constituo dictum Egregium principa
lem meum pro vobis et vestris vestroque et eorum no
mine tenere et possidere seu quasi sciens illum de
iure possidere cuius nomine possidemus volens et concen
tiens ac nobiscum expresse pasciscens quod vigore horum
verborum et ex iuris dispositione ac legis ministerio ipsa
pocessio corporalis seu quasi in vos et vestros prouere
tradita et translata penitus sit et habeatur pro inde
ac si per me vobis tradita extitisset realiter corporaliter
et de facto Preterea ex causa huiusmodi vendicioni
et alias eis videlicet melioribus via modo et forma
quibus melius de iure valere poterit et tenere do cedo
et mando dicto nomine vobis omnia iura et omnes
actiones reales et personales mixtas utiles & directas
ordinarias & extraordinarias hipotecharias et alias etiam
quascumque dicto Egregio principali meo competentia
et competentes competereque debentia et debentes in pre
questionibus dicto nomine vobis vendor adversus et
contra quascumque personas bona et res tone et ocasio
ne eorundem quibus iuribus et actionibus supra
dictis possitis uti agere et experiri agendo scilicet

et deffendendo excipiendo proponendo et replicando
et omnia alia et singula faciendo et libere exercendo
in Iudicio et extra aut alias quovismodo quecumque
et quemadmodum dictus Egregius principalis meus facere
poterat ante presentem venditionem jiuriumque et actio-
num cessionem seu eis non factis posset nunc et etiam pos-
tea quandocumque. Ego enim dicto nomine facio et substi-
tuo vos et vestros in his dominos et procuratores ut in
rem vestram et eorum propriam ad faciendum inde
de predictis vestra libitum voluntatis obstaculis et impe-
dimentis cessantibus quibuscumque. Salvis tamen sem-
per in et super predictis dicto Iure dominio firma et fa-
dicha triginta dierum et alio quolibet Iure dicti Ex.mi
Domini Marchionis Aytone domini et Vicecomitis dictorum
Vicecomitatuum de Capraria et de Basso et dni dicte
Ville hostalrici et suorum successorum et salvo etiam
jure sue Ex.e in omnibus terciis laudemiis et foriscapiis ex
predictis provenientibus. Pretium vero predictorum que
dicto nomine vobis vendo est bismille et ducentarum librarum
monete Bar.e ex quo quidem pretio ex facultate et po
testate quas dicto nomine vobis concedo solvatis quan
titates in preludio huiusmodi venditionis creditio-
ribus et causis et rationibus ibidem expressis et pro
luytionibus censualium ibi expressatorum a quibus
quidem creditoribus censualistis in actu solutionum
recuperetis diffinitionem et apocham dicto Egregio
domino principali meo et cessionem vobis dirigendas
quo scilicet ad tenendum et deffendendum predicta
per nos empta adversus et contra quoscumque credito
res dicti Egregii domini principalis mei in predictis actio-
nem aliquam questionem petitionem vel demandam li-
tem vel controversiam de Iure vel de facto aut alias quovis-
modo in p.ni que vobis vendo volens quod factis dictis solutionibus

sins et succedatis in locum et jus dictorum creditorum com
petantque vobis illa et eadem temporis prioritas et juris
potioritas preeminentie et prerrogative hypotece privi
legia personalium actionum et alia jura que ipsis com
peterent si predicte luytiones et solutiones facta non
extitissent. Ego enim dicto nomine facio et substituo
vos et vestros in his dominos et procuratores ut in rem
vestram et eorum propriam ad faciendum omnia et
singula supradicta. Et ideo renunciando exceptioni
dicti pretij sic ut predicitur non convenienti non habiti
et non recepti ita non esse et in veritate non consiste
re doloque malo et actioni in factum et omni alij juri
rationi et consuetudini contra hec repugnantibus quo
vismodo dono scienter et gratis remitto vobis et
vestris successoribus si quid predicta procuratorio
nomine vobis vendo quovismodo valent aut amodo
valebunt pretio ante dicto. Insuper convenio et bona
fide dicto nomine convenio. Promitto vobis p^ra facere
habere tenere et in sana pace perpetuo et pasifice possidere
re contra cunctas personas quod que dictus egregius
principalis meus tenebitur vobis de firma et legali evic
tione et legitima deffensione eorundem pro contracti
bus opere culpa factis et negotijs propriis eiusdem et
suorum predecessorum possessorum dictarum rerum
superius venditarum usque ad dictam dominam donnam
ludovicam de Cruilles et de Capraria que predicta ad
quisivit inclusive et non alias nec in pluri aliter nec
alio modo et pro predictis omnibus et singulis atten
dendis tenendis firmiterque et inviolabiliter observan
dis obligo vobis omnia et singula bona dicti egregij
domini principalis mei mobilia et immobilia habi
ta ubique et habenda etiam quovismodo et jura privile
giata jura et actiones quascunque bona autem
mea propria in aliquo minime obligare intendo dum

negotium gerentium alienum Renuntians dicto nomine omni et cuicumque legi et Iuri Usui Xoni et Consuetudini contra haec repugnantibus quovismodo et legi prohibenti generalem renuntiationem et alii dicenti generalem renuntiationem non valere nisi precedat vel Subsequatur Specialis et ut predicta omnia et Singula Majori Gaudeant firmitate vi non nec dolo sed sponte Iuro in animam dicti Egregij Domini principalis mei ad Dominum Deum et eius Sancta quatuor Evangelia Manibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere tenere et observare et in nullo contrafacere vel venire Iure aliquo Causa vel etiam ratione Haec Igitur omnia et singula quae prout dicta sunt supra expromissa facio paciscor Convenio et bona fide promitto ego dictus Venditor dicto nomine vobis dicto domino emptori et vestris successoribus necnon et notario publico Infrascripto tanquam publicae et autenticae personae pro vobis et vestris et pro alijs etiam personis omnibus et singulis quarum Interest et Intererit recipienti et pacisscenti ac etiam legitime stipulanti Actum est hoc Barchinone die lunae vigessimo sexto mensis Septembris anno a nativitate domini Millessimo sexentessimo septuagessimo secundo Sig✝na nostrum don Josephi de lanuza et de Rocaberti Monbuy et Vilarig dicto nomine et respective laudamus Concedimus firmamus et Iuramus. Testes huius rei sunt Joannes Ribe et Franciscus Salvador scriptores Barchinone habitatores. Sig✝num Francisci Daguí apostolica et regia auctoritatibus notarij publici Barchinone qui huiusmodi Mandato Mihi facto ex parte Magnifici Vicarij Bar

Instrumentum Jam alias extractum scribere feci et clausi &c. Et quidem lecequasi contractibus venditoris et Fran.ci Rovira et Robles emptoris predictorum qui hic dicto nomine &c. approbat nos.que in fidem manu propria &c.

Sig✝num Mariani Ros auctoritate regia not. publici et de collegio notariorum regiorum Bar.ne testis &c.

Sig✝num Petri Martiris Vila auctoritatibus ap.ca atque regia Barcinone notarii publici et de collegio notariorum regiorum Barc.ne testis &c.

Sig✝num Eudaldi Roclan auctoritatibus ap.ca et regia not. pub. et de collegio notariorum regiorum publicorum Barc.ne qui huiusmodi exemplum a suo vero originali predicto fideliter sumptum et cum eodem veridice comprobatum certificatumque ut supra patet scribere feci rogatusque et requisitus in fidem premissorum clausi &c.

Hoc est exemplum bene et fideliter Barchinone sumptum a quodam publico et autentico transumpto apoche instrumento in papiro scripto thenoris sequentis Sit omnibus notum &c. Ego Don Josephus de Lanuça et de Rocaberti Montbuy et Vilanova Comes de Plasencia Barchinone populatus tanquam Procurator ad haec et alia per agenda legitime constitutus et ordinatus ab Egregio domino domno Galcerando de Cruilles et de Sancta Pau Comes de Montagut et Domino Baroniarum de Mosset et de Castellfollit in Villa de Mosset Conflentis dioc. et Comitatus Rossilionis populato ut de meo mandato sive procuratione constat instrumento publico acto in dicto oppido de Mosset die decima quinta mensis Julii prope lapsi et labentis anni millessimi sexcentessimi sexagessimi secundi recepto et clauso sive subsignato per Gaudericum Isos not. pub. Ville Prate Confluentis.

dicta Elnens dioc. in Curia sede de forma solita legalizato
dicto nomine Gratis et ex mea certa scientia Confiteor et
in veritate recognosco Vobis Mag.co Francisco Rovira et de Rob-
les Domicello in Villa hostalricii Gerunden. dioc. Domiciliato
presente quod Modo Infro dedistis et solvistis Mihi omnes
Illas bismille et ducentas libras Monete Bar.e pro quibus
sive quarum pretio Instrumento alio apud Franciscum
Dagui Nott. publicum Barchinone Infrascriptum recepto
Vendidi dicto nomine nobis et Vestris ac quibus Volueritis
Imperpetuo totum Illud Molendinum farinerium situm Sub-
tus Villam Hostalrici Vulgo dictum los Molins de ses Seny-
ories una cum districtu Molendi et alijs fructibus Iuribus
et emolumentis eiusdem et una cum facultate accipiendi
aquam ad opus dicti Molendini et rigandum petias terre
de pertinentijs Ipsius et una cum casali dicti Molendi-
ni gleua terre In qua Constructum est et alijs ibi adjacen-
tibus aquis aqueductibus Sequijs resclauis trastallatoribus
rotis rodetis Motis et alijs apparatibus eiusdem Molendi-
ni quod et quas dictus Egregius Dominus principalis me-
us habebat et possidebat prout Vos virtute dicte et Su-
perius chalendate venditionis habetis et possidetis In
termino et Subtus dictam Villam hostalricii large in
dicto venditionis Instrumento designata ad quod sit et
habeatur relatio Modus vero solutionis dictarum bismille
ducentarum librarum talis fuit et est quoniam pro
nobis Mille centum et triginta libris et decem Solidis Vigo-
re facultatis et potestatis per me dicto nomine vobis
attributa et concessa habeatis luere et quitare censua-
lia Sequentia Et Primo Totum Illud Censuale
Mortuum Iam Creatum pretij sive proprietatis quin-
gentarum librarum et annue pentionis Viginti quin-
que librarum quod annis singulis die

Mensis .... dictus Egregius Dominus Principalis meus facit et prestat nobili Don Joanni Baptiste de Planella et de Cruilles domino de castellar et Barono de Pranera Item totum Illum aliud censuale mortuum jam Creatum pretij sive proprietatis quingentarum librarum et annue pensionis viginti quinque librarum quod annis singulis dicto die facit et prestat Raymundo Alzina et Montalt Ville Perpiniani Civi Honorato Barchinone in Villa Sancti Celidonij populato Item totum Illud aliud censuale mortuum Iam Creatum pretij sive proprietatis quadringentarum librarum et annue pensionis viginti librarum quod annis singulis Die ... Mensis ..... facit et prestat R.di Abbatisse et monialibus monesterij Beate Marie de Jerusalem presentis Civitatis Barchinone Item et Denique Illa duo censualia Inter ambo pensionis annue triginta sex librarum decem solidorum et sex denariorum et pretij sive proprietatis septingentarum triginta librarum & decem solidorum quod annis singulis Die .... Mensis ... facit et prestat Nobili Dompne Agneti de Rocabertí Monsuar de Argensola et de Arinyo Uxori nobilis Don Josephi de Rocabertí Bajuli Generalis Cath.e Viginti quinque libras quas de voluntate mea dedistis & solvistis et seu dare et solvere tenemini dictis R.di Abbatisse et Conventus Monialium de Jerusalem ad complementum omnium pensionum extante ex dicto Censuali eisdem debitarum Et residuas quadraginta quatuor libras et decem solidos ad complementum dictarum duarum Mille et ducentarum librarum dedistis et solvistis Mihi et Ego a vobis habui et recepi in pecunia numerata in notarij et testium infrascriptorum presentia et Ideo Renunciando exceptioni dicte pecunie sic ut premittitur non habite et

Non recepte non numerate et non solute rei q. ita non esse et sic in veritate non consistere doli q. mali et in factum actioni et omni alij Juri rationi et consuetudini contra hoc repugnantibus quovismodo in testimonium premissorum presentem vobis facio apocham de soluto et de recepto. Actum est hoc Barchinone die lune Vigessimo sexto mensis septembris anno a Nativitate domini Millesimo septentessimo septuagessimo secundo.

Sig+num meum Don Josephi de Lanuza et de Rocaberti Monbuy et Vilarig Comitis Plasencie dicto nomine consentientis p.ti qui hoc laudo concedo et firmo. Testes huius rei sunt Joannes Ribes et franciscus Salvador scriptores Bar.e Sig+num fran.ci Bagur apostolica et Regia auctoritatibus nott. pub. Bar.e qui hoc scribere feci et clausi &.



Sig+num Petri Martyr villa auctoritate ap.ca atq. Regia nott. pub. et de Colleg.o nott.orum Regiorum Bar.e Testis &.

Sig+num Joannis Romeu auctoritate Ap.lica et Regia nott. pub. et de Collegio nottariorum Regiorum Bar.e testis &.

Sig+num Eudaldi Roellan auctoritatibus Ap.ca et Regia nott. publici et de Collegio notariorum regiorum publicorum Bar.e qui huiusmodi exemplum a suo vero originali prædicto fideliter sumptum et cum eodem de verbo ad verbum comprobatum testificatumq. ut supra patet scribere feci rogatusq. et requisitus in fidem premissorum clausi &.

Gratis

Yo franci Rialp Assaonador Confes auer Rebut del
Sor fra pere de oseres Rellegios de st Joan
sent yt (?) lliures y dotse sous dich ii lli 12 s q
son les me ne page per lo sor llois Aull
y lo det per tant per ell ne acieu pagades
per lo Camb de la Ciutat a la sora magda
lena de saportella y granollachs y sien
deto poliso dita a Cambi per apocar per la
veritat es que dit Cambi no te afecte
paire (?) Joso pagat fet de ma mia propia
a 16 de Juliol 1622

Franco Rialp